

CORNELII  
VALERII VLTRAIECTINI  
GRAMMATICA RVM  
INSTITUTIONVM  
LIBER III.

De Syntaxi, seu recta partium orationis  
consecutione:

Præcepta maximè necessaria de coniungendarum dictionum ra-  
tione continens, ad usitatum probatissimorum lingua Latina  
auctorum sermonem perpensa diligenter & indicata.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
M. D. LXXXIIL

Duplex  
est dictio-  
num in  
consecu-  
tione ra-  
tio. Nam  
dicuntur  
alia

Regere.  
Septem  
sunt par-  
tes ora-  
tionis  
que ca-  
sum re-  
gunt:

Cōcor-  
dare:

*Adiectinum & Substantinum.*  
*Antecedens & Relatum.*  
*Nominativus & Verbum personale.*  
*Interrogatio & Responsio.*  
*Substantia duo rem eandē significantia.*

Nomen

*Substan-* { *Genitium &*  
*nium,* { *Ablatum.*

*Adiecti-* { *Genitium,*  
*num,* { *Datum,*  
            { *Accusatum,*  
            { *Ablatum.*

Prono-  
men po-  
situm

*Sub-* { *Geniti-* { *in re lauda-*  
*stan-* { *ū, Ab-* { *ta, vel vitu-*  
            { *rinē,* { *latinum* { *perata.*

*Adie-* { *Genitium.*

*Etinc,* { *Datum, ut idem.*

*Ante* { *Finitimodi, nominati-*  
*se,* { *num.*

*Infinitimodi, accusati-*  
      *num.*

Verbū  
perso-  
nale

*Post* { *Nominativum, Geniti-*  
*se,* { *ū, Datum, Accusa-*  
            {i>tiūm, Ablatum.

[Impersonalium consecutio suis locis in-  
teriicitur]

Participium, Supinum, & Gerundium  
post se casum sui verbi.

Adverbium Genitium, Datum,  
Accusatum, Ablatum.

Prapositio Accusatum, Ablatum.

Interiectio Nominativum, Datum,  
Accusatum.

Nomen, Pronomen, & Participium reguntur.  
Coniunctio nec regit, nec regitur.

## QVID SYNTAXIS.



YNTAXIS (que constructio vulgo & Latinè consecutio dicitur) est recta partium orationis, hoc est, simplicium verborum, aperte generibus, numeris, casibus, temporibus, personis, & modis compositio, quam Grammatici in veterum scriptorum probatissimorum libris obseruauerunt. Partes sunt octo: quatuor declinabiles, & totidem indeclinabiles. Inter has principes sunt, nomen et verbum: quod haec vel sola integrum sententiam absolvant; reliqua nomini & verbo accedant. [Repetentur buce ea quoque praecepta iisdem propè verbis, quae sunt à nobis in Rudimentis explicata, ne verborum varietate puerorum imbecilla & vaga memoria distrahabatur.] Sed antequam praecepta syntaxeos, eo quem tenere decrevimus ordine, tabula praecedere explicato, tradamus, Regulae generales aliquot regula pueris hic proponenda sunt: vel-  
ut haec; Quem casum numerus singularis habet, eundem 1.  
recipit & pluralis: ut, Diues agtis; & diuites agris.  
&c. Et quem casum nominativus postulat, eundem omnes obliqui requirunt: ut, filius lij, lio, lium, li, lio, filij, orum, iis, ios, ô filij regis. Quem casum positivus 2.  
exigit, eundem et comparativus & superlativus volunt:  
ut, Amans, amantis, amantior, amantissimus tui. Quem ca- 3.  
sum recipit indicativus, eundem admittunt & reliqui  
modi: ut, amo, ama, amarem, amem, amare Deum,  
&c. Quiccasus verbo actiuo tribuuntur, iidem & passi- 4.  
mo adiungi possunt, excepto accusativo rei patientis: ut,  
Duas horas vel duabus hotis librū legi. Liber legitur,  
lectus est, aut legendus duas horas vel duabus.  
Magnolibrum cimi, magno liberemptus, pluris ven-  
ditus est. &c.